Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



CXXIIII

et noli esse incredulus sed fidelis. Respondit thomas et dixit ei. Dominus meus et deus meus. Dicit ei ihs. Quia vidisti me thoma credidisti: beati qui non viderunt et crediderunt. Multa quidem et alia signa fecit ihs in conspectu discipulorum suorum: que non sunt scripta in libro hoc. Hec autem scripta sunt ut credatis quia ihs est xpus filius dei: et ut credentes vitam habeatis. in nomine ipsius. Angelus domini descendit. offertorium. Descendo et dixit mulieribus quem quitis surrexit sicut dixit alleluia. Suscipe quesumus domine. secreta. Omnia exultantis ecclesie: et cui causam tanti mistii prestitisti perpetuum fruendi concede letitiam. communio. Mite manum tuam et cognosce loca clavorum et noli esse incredulus sed fidelis alleluia alleluia. post communio. Quesumus domine deus noster: ut sacra sancta mistia que pro reparationis nostre munimine contulisti et prestes nobis remedium esse

facias et futurum. dominica secunda. Misericordia domini plena est terra alleluia verbo dei celi firmati sunt alleluia alleluia. psalmus. Exultate iusti in domino rectos decet collaudatio. Oratio. Deus qui in filii tui humilitate iacentem mundum erexisti, fidelibus tuis perpetuam concede letitiam: ut quos perpetue mortis eripuisti casibus, gaudiis facias perfrui sempiternis. per eundem dominum nostrum ihsum xpum filium tuum. Lectio epistole beati petri apostoli. Karissimi xpus passus est pro nobis: vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius. Qui peccatum non fecit: nec inventus est dolus in ore eius. Qui cum maledicerentur non maledicebat: cum paterentur non comminabatur. Tradebat autem iudicanti se iniuste. qui peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum: ut peccatis mortui iustitie viveremus. cuius livore sanati estis. Erratis enim sicut oves